

87.36460

87-1
S.

AUTORES

SELECTOS

DE LA MAS PURA LATINIDAD.


TOMO II.



Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria

34617

palabras; sus expresiones llenas de viveza, energía y nobles pensamientos; sus pinturas, descripciones y retratos hechos con los colores mas vivos; sus razonamientos sobre todo tan patéticos y llenos de fuego, que se conoce con cuánta facilidad se revestia de las pasiones de aquellos en cuya boca los hace. Por todo lo cual M. Rollin le compara, y no muy mal, á un río que, reducido á márgenes estrechas, tiene mas caudal de lo que manifiesta. Trozos hay en sus dos historias tan llenos de moralidad, que mas parece salen de la boca de un filósofo que de un historiador. En punto de latinidad está sembrado de arcaísmos sin término, muchas locuciones puramente griegas, algunas palabras nuevas y metáforas duras, que no le faltan. Hemos preferido en esta obra la Catilinaria á la Guerra Yugurtina por el mayor parentesco que tiene con la historia romana.



FONDO BIBLIOTECA PUBLICA
DEL ESTADO DE NUEVO LEON

C. CRISPI SALLUSTII

BELLUM CATILINARIUM,

SIVE DE CONJURATIONE CATILINÆ.

CAP. I. Omnis homines qui sese student præstare ceteris animalibus, summâ ope niti decet ne vitam silentio transeant veluti pecora, quæ natura prona atque ventri obedientia fluxit. Sed nostra omnis vis in animo et corpore sita est. Animi imperio, corporis servitio magis utimur: alterum nobis cum diis, alterum cum belluis commune est. Quò mihi rectius videtur, ingenii quàm virium opibus gloriam quærere; et quoniam vita ipsa quâ fruimur brevis est, memoriam nostrî quàm maxumè longam efficere. Nam divitiarum et formæ gloria fluxa atque fragilis est; virtus clara æternaque habetur. Sed diu magnum inter mortalis certamen fuit, vine corporis an virtute animi res militaris magis procederet. Nam et, prius

GUERRA CATILINARIA

DE C. CRISPO SALUSTIO,

Ó DE LA CONJURACION DE CATILINA.

TRADUCCION.

CAP. I. Conviene que todos los hombres que desean aventajarse á los demás animales, procuren con el mayor empeño no pasar la vida ociosamente como las bestias, á las que la naturaleza formo inclinadas á la tierra y sujetas á la gula. Mas todas nuestras facultades consisten en el alma y en el cuerpo; de aquella hacemos uso para mandar, de este para servir: convenimos en lo uno con los dioses, en lo otro con los brutos. Por lo que me parece mas acertado solicitar la gloria por medio del ingenio que por las fuerzas corporales; y puesto que la vida que gozamos es corta, eternizar cuanto sea posible la memoria de nuestro nombre. Pues la gloria de las riquezas y hermosura es fragil y percedera; la virtud es ilustre y de eterna duracion. Pero por largo tiempo hubo una porfiada disputa entre los hombres, sobre si en el ejercicio de la guerra se adelantaba mas con el ingenio que con las fuerzas corporales.

quàm incipias, consulto, et ubi consulueris, maturè facto opus est. Ita utrumque, per se indigens, alterum alterius auxilio viget.

II. Igitur initio reges (nam in terris nomen imperii id primum fuit) diversi, pars ingenium, alii corpus exercebant: etiam tum vita hominum sine cupiditate agitabatur; sua cuique satis placebant: postea verò quàm in Asià Cyrus, in Græcià Lacedæmonii et Athenienses cœpere urbes atque nationes subigere, lubidinem dominandi causam belli habere, maxumam gloriam in maximo imperio putare, tum demum periculo atque negotiis compertum est in bello plurimum ingenium posse. Quòd si regum atque imperatorum animi virtus in pace ita uti in bello valeret, æquabiliùs atque constantiùs sese res humanæ haberent, neque aliud aliò ferri, neque mutari ac misceri omnia cerneres. Nam imperium faciliè iis artibus retinetur, quibus initio partum est. Verùm ubi pro labore desidia, pro continentia et æquitate lubido atque superbia invasere, fortuna simul cum moribus immutatur. Ita imperium semper ad optimum quemque a minùs

Pues antes de començar una empresa es necesario consultar, y despues de consultada, pide pronta ejecucion. De este modo, no pudiendo obrar por sí solos el uno ni el otro (el ánimo y el cuerpo), el uno esplica sus fuerzas con el auxilio del otro.

II. Al principio pues los reyes (que este nombre fué el primero que se dió á los que tuvieron mando sobre los demás), siguiendo sus distintos genios, unos ejercitaban el ingenio, otros el cuerpo; y aun entonces vivian los hombres sin codicia, contentándose cada uno con lo suyo. Mas despues que Ciro en el Asia, y los Lacedemonios y Atenienses en la Grecia començaron á sojuzgar las ciudades y naciones, á juzgar por bastante motivo de hacer guerra el apetito de mandar, y al imperio mas dilatado por la mayor gloria, entonces se llegó á conocer por la experiencia de los sucesos, que en la guerra servia de muchísimo el ingenio. Y si los reyes y generales hiciesen tanto uso de él en las cosas de la paz como en las de la guerra, los negocios humanos procederian con mas arreglo y constancia, y no veríamos trastornarse las cosas, y andar todo trocado y confundido. Porque el imperio, por los medios que se consiguió al principio, con esos mismos facilmente se conserva. Pero luego que la desidia reina en lugar de la actividad, el capricho y altanería en lugar de la moderacion y justicia, se muda la fortuna juntamente con las costumbres. Así es que el imperio pasa

Minùs, en vez de *non*; muy comun en Sallustio.

bono transfertur. Quæ homines arant, navigant, ædificant, virtuti omnia parent. Sed multi mortales, dediti ventri atque somno, indocti incultique, vitam sicuti peregrinantes trans-egere: quibus, profectò contra naturam, corpus voluptati, anima oneri fuit: eorum ego vitam mortemque juxtà æstumo, quoniam de utrâque siletur. Verùm enimvero is demum mihi vivere atque frui animà videtur, qui, aliquo negotio intentus, præclari facinoris aut artis bonæ famam quærit. Sed in magnâ copiâ rerum, aliud alii natura iter ostendit.

III. Pulchrum est bene facere reipublicæ, etiam bene dicere haud absurdum est; vel pace vel bello clarum fieri licet; et qui fecere, et qui facta aliorum scripsere, multi laudantur. Ac mihi quidem, tametsi haudquaquam par gloria sequatur scriptorem et auctorem rerum, tamen in primis arduum videtur res gestas scribere: primum quòd facta dictis sunt exæquanda; dehinc quia plerique quæ delicta reprehenderis, malevolentia et invidia dicta putant; ubi de magnâ virtute atque gloria honorum memores, quæ sibi quisque facilia factu putat æquo animo accipit; supra ea, veluti ficta, pro falsis ducit. Sed ego adolescentulus initio, sicuti plerique studio ad remp. latus sum, ibique mihi advorsa multa fuere.

siempre del malo al mejor. Las tierras, los mares, las ciudades, todo está sujeto á la industria. Pero muchos hombres, entregados á la gula y al sueño, sin instruccion ni cultura, pasaron su vida como peregrinando: á los cuales, contra el órden de la naturaleza, el cuerpo les sirvió para el deleite, y el alma de peso. La vida y muerte de los tales la tengo en igual aprecio, puesto que ni de la una ni de la otra hay memoria. Pero en realidad de verdad, aquel en mi concepto vive y disfruta de la vida, que empleado en alguna ocupacion, pretende hacerse famoso por medio de alguna accion heróica, ó de algun honesto ejercicio. Pero como hay tantos caminos, á cada uno la naturaleza le guia por distinto rumbo.

III. *Pulchrum*, es cosa honrosa. *Haud absurdum*, digna de aprecio. *Tametsi*, aunque el escritor de las hazañas no consigue tanto nombre como el que las ejecutó. *Arduum in primis*, muy dificultoso. *Res gestas*, una historia. *Exæquanda*, las expresiones deben igualar á las acciones. *Delicta quæ*, que el reprimir los vicios nace de mal corazon y aborrecimiento, y cuando se habla del gran valor y gloria de los buenos, se lee sin repugnancia lo que cada uno tiene por fácil de hacer; pero si son cosas que exceden sus fuerzas, las toma por cosa de fábula. *Latus sum studio*, me incliné á pretender algun cargo en la república, en lo que tuve muchas contrariedades. *Advorsa*, arcaismo, en lugar de *adversa*...

nam pro pudore, pro abstinentiâ, pro virtute, audacia, largitio, avaritia vigeant; quæ tametsi animus aspernabatur insolens malarum artium, tamen inter tanta vitia imbecilla ætas, ambitione corrupta, tenebatur. Ac me, cum ab reliquorum malis moribus dissentirem, nihilominus honoris cupido eadem, quæ ceteros, famâ atque invidiâ vexabat.

IV. Igitur, ubi animus ex multis miseris atque periculis requievit, et mihi reliquam ætatem a repub. procul habendam decrevi, non fuit consilium socordiâ atque desidiâ bonum otium conterere: neque verò agrum colendo, aut venando, servilibusque officiis intentum ætatem agere; sed a quo incepto studioque me ambitio mala detinuerat, eodem regressus, statui res gestas populi Rom. carptim, uti quæque memoriâ digna videbantur, perscribere, eò magis quòd mihi a spe, metu, partibus reipub. animus liber erat. Igitur de Catilinæ conjuratione, quam verissimè potero, paucis absolvam, nam id facinus in primis ego memorabile existimo, sceleris atque periculi novitate; de cujus hominis moribus pauca prius explananda sunt, quam initium narrandi faciam.

V. Lucius Catilina, nobili genere natus, fuit magnâ vi et animi et corporis, sed ingenio malo pravoque. Huic ab ado-

Audacia, reinaban la desvergüenza y profusion. *Insolens*, no acostumbado á estas malas mañas. *Tenebatur*, estaba como aprisionada. *Dissentirem*, repugnándome. *Cupido*, me atormentaba igualmente que á ellos la envidia y ambicion de los honores y fama.

IV. *Requievit*, se vió libre mi corazon. *Procul a rep.*, separado del bullicio de la república, no quise perder este tiempo descansado en la ociosidad y desidia, ni ocuparme en el cultivo del campo, ó en la caza, ó empleado en oficios serviles, sino que, volviendo á tomar aquel mismo rumbo y estudio de donde me apartó la negra ambicion. *Carptim*, tomando los hechos mas memorables; ó entresacando las cosas mas notables. *Partibus*, partidos. *Paucis* (sup. *verbis*), hablaré con brevedad y con la mayor puntualidad posible. *Nam*, porque considero á esta conjuracion por la mas digna de la historia. *De cujus*, pero antes de comenzar mi historia, debo decir algo de las costumbres de este hombre.

V. *Magnâ vi*, de grandes bríos y talento, pero de índole mala y depravada...

Nobili, porque fué del orden patricio, y último de la familia Sergia.

Ingenio, de gigno, la naturaleza de cualquier cosa.

lescentiâ bella instestina, cædes, rapinæ, discordia civilis grata fuere, ibique juventutem suam exercuit: corpus patiens mediæ, vigiliæ, aliorum supra quàm cuique credibile est. Animus audax, subdolos, varius, cujus rei libet simulator ac dissimulator, alieni adpetens, sui profusus, ardens in cupiditatibus, satis loquentiæ, sapientiæ parum; vastus animus immoderata, incredibilia, nimis alta semper cupiebat. Hunc, post dominationem L. Sullæ, libido maxuma invaserat reip. capiundæ; neque id quibus modis assequeretur, dum sibi regnum pararet, quidquam pensi habebat. Agitabatur magis magisque in dies animus ferox inopiâ rei familiaris et conscientiâ scelerum, quæ utraque his artibus auxerat quas supra memoravi; incitabant præterea corrupti civitatis mores, quos pessuma ac diversa inter se mala, luxuria atque avaritia vexabant. Res ipsa hortari videtur, quoniam de moribus civitatis tempus admonuit, supra repetere, ac paucis instituta majorum domi militiaeque, quomodo rempublicam haberint quantamque reliquerint; et ut paulatim immutata, ex pulcherrumâ et optumâ pessuma ac flagitiosissima facta sit, disserere.

VI. Urbem Romam, sicut ego accepi, condidere atque habuere initio Trojani, qui, Æneâ duce profugi, sedibus incertis vagabantur; cumque his Aborigines, genus hominum agreste, sine legibus, sine imperio, liberum atque solutum.

Huic grata, gustó mucho, etc. *Ibique*, y en esta escuela pasó su juventud. *Patiens*, sufría la hambre, la falta de sueño y el frío cuanto no es creíble. *Subdolos, varius*, engañador é inconstante, diestro en aparentar y disimular cualquiera cosa. *Profusus sui*, desperdiciador de lo suyo, fogoso en sus pasiones; bastante afluente, pero de poco fondo de ciencia; su corazon insaciable, etc. *Immoderata*, desmedidas. *Libido maxuma invaserat hunc*, entró en grandes deseos de hacerse señor de la república. *Neque quidquam pensi habebat*, y no se paraba en los medios con que conseguirlo, etc. *Agitabatur*, se inquietaba su ánimo feroz. *Incitabant*, le animaban á sus intentos las costumbres estragadas de Roma, combatida de dos vicios grandes y opuestos entre sí, etc. *Tempus*, la ocasion nos recuerda, nos convida. *Supra repetere*, á tomar el principio de mas arriba.

VI. *Sedibus*, andaban sin domicilio fijo. *Sine imperio*, sin gobierno...

Simulator, el que aparenta lo que no hay; *dissimulator*, el que encubre lo que hay.

Hi, postquam in una mœnia convenere, dispari genere, dissimili linguâ, alii alio more viventes, incredibile memoratu quàm facilè coaluerint; sed postquam res eorum civibus, moribus, agris aucta, satis prospera, satisque pollens videbatur, sicuti pleraque mortalium habentur, invidia ex opulentia orta est. Igitur reges populique finitimi bello tentare; pauci ex amicis auxilio esse; nam ceteri, metu perculti, longè a periculis aberant. At Romani, domi militiæque intenti, festinare, parare, alius alium hortari, hostibus obviam ire, libertatem, patriam, parentesque armis tegere. Pòst, ubi pericula virtute propulerant, sociis atque amicis auxilia portabant, magisque dandis quàm accipiendis beneficiis amicitias parabant: imperium legitimum, nomen imperii regium habebant; delecti, quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientiâ validum erat, reipub. consultabant: hi, vel ætate vel curæ similitudine, patres appellabantur. Pòst, ubi regium imperium, quod initio conservandæ libertatis, atque augendæ reipub. fuerat, in superbiam dominationemque convertit; immutato more, annua imperia binosque imperatores sibi fecere; eo modo minumè posse putabant per licentiam insollescere animum humanum.

VII. Sed eâ tempestate cœpere se quisque magis extollere, magisque ingenium in promptu habere: nam regibus boni

In una, dentro de una misma ciudad, de distintas raleas, guardando diverso tenor de vida, es increíble el decir cuán fácilmente formaron cuerpo de ciudad. *Res eorum*, su república. *Moribus*, cultura y territorio. *Sicuti pleraque*, como de ordinario acaee en las cosas de los hombres. *Tentare*, comenzaron á inquietarlos con guerra. *Aberant*, huían de los peligros de la guerra. *Intenti*, atentos á los negocios de paz y de guerra. *Parabant*, adquirían amigos. *Imperium legitimum*, tenían un gobierno sujeto á leyes, dando á la cabeza el nombre de rey. *Validum*, vigoroso. *Imperium regium*, gobierno monárquico. *Convertit in superbiam*, degeneró en soberbia y tiranía. *Imperia annua*, establecieron el gobierno de un solo año, y dos cónsules. *Putabant animum*, se persuadian que por este medio el corazón humano no se insolentaría abusando de su poder.

VII. *Sed eâ*, pero entonces mismo cada uno por su parte comenzo á engreirse, y hacer alarde de su condicion...

Tentare, sup. *cœperunt*. En Sallustio es muy comun suplir este y otros verbos.

quàm mali suspiciores sunt, semperque his aliena virtus formidolosa est. Sed civitas, incredibile memoratu est, adeptâ libertate, quantùm brevi creverit. Tanta cupido gloriæ incenserat. Jam primùm juvenus, simul ac belli patiens erat, in castris per laborem usu militiam discebat, magisque in decoris armis, et militaribus equis, quàm in scortis atque conviviis lubidinem habebat. Igitur talibus viris, non labor insolitus, non locus ullus asper aut arduus erat, non armatus hostis formidolosus: virtus omnia domuerat; sed gloriæ maximum certamen inter ipsos erat. Se quisque hostem ferire, murum ascendere, conspici, dum tale facinus faceret, properabat; eas divitias, eam bonam famam, magnamque nobilitatem putabant: laudis avidi, pecuniæ liberales erant: gloriæ ingentem, divitias honestas volebant. Memorare possem quibus in locis maxumas hostium copias populus Rom. parvâ manu fuderit, quas urbes naturâ munitas pugnando receperit, ni ea res longiùs nos ab incepto traheret.

VIII. Sed profectò fortuna in omni re dominatur; ea res cunctas, ex lubidine magis quàm ex vero, celebrat obscuratque. Atheniensium res gestæ, sicuti ego æstumo, satis amplæ, magnificæque fuere, verùm aliquanto minores tamen, quàm famâ feruntur: sed quia provenere ibi scriptorum magna ingenia, per terrarum orbem Atheniensium facta pro maxumis celebrantur: ita eorum, qui ea fecere, virtus tanta habetur, quantùm verbis ea potuere extollere præclara ingenia. At populo Romano nunquam ea copia fuit: quia pruden-

Incesserat (sup. *animos*), tanto deseo de gloria se habia apoderado de sus corazones. *Simul ac belli*, luego que tenia edad para la guerra. *Habebat lubidinem*, ponía su vanidad. *Virtus*, el valor habia vencido todos los inconvenientes. *Ascendere*, escalar. *Conspici dum*, á ser visto de los demás cuando ejecutaba tales acciones. *Locis*, ocasiones. *Parvâ manu*, con un puñado de gente. *Ni ea res*, á no apartarme esto mucho del intento principal.

VIII. *Dominatur*, se enseñorea de todo; ella engrandece ó abate las hazañas, mas por capricho que por justicia. *Provenere ibi*, porque lograron los Atenenses escritores de grande ingenio. *Prudentissimus quisque* (locucion elegante), porque los hombres sabios se entregaban á los negocios públicos, nadie cultivaba las letras sin las armas...

Lubido, ordinariamente se toma en mal sentido; aqui es honesto deseo.

tissimus quisque negotiosus maxumè erat, ingenium nemo sine corpore exercebat: optimus quisque facere quàm dicere, sua ab aliis benefacta laudari quàm ipse aliorum narrare malebat.

IX. Igitur domi militiæque boni mores colebantur, concordia maxuma, minuma avaritia erat; jus bonumque apud eos, non legibus magis quàm naturâ valebat: jurgia, discordias, similtates cum hostibus exercebant: cives cum civibus de virtute certabant; in suppliciis deorum magnifici; domi parci; in amicos fideles erant: duabus his artibus, audaciâ in bello, ubi pax evenerat æquitate, seque remque publicam curabant. Quarum rerum ego maxuma documenta hæc habeo, quòd in bello sæpius vindicatum est in eos qui contra imperium in hostem pugnaverant, quique tardiùs revocati prælio excesserant, quàm qui signa relinquere aut pulsi loco cedere ausi erant; in pace verò, quòd beneficiis magis quàm metu imperium agitabant; et acceptâ injuriâ, ignoscere quàm persequi malebant.

X. Sed ubi labore atque justitiâ resp. crevit, reges magni bello domiti, nationes feræ et populi ingentes vi subacti; Carthago, æmula imperii Romani, a stirpe interiit; cuncta maria terræque patebant; fortuna sævire ac miscere omnia cœpit: qui labores, pericula, dubias atque asperas res facilè tolera-

Dicere, escribir.

IX. *Colebantur*, reinaban las buenas costumbres. *Jus bonumque*, eran justos y buenos, no tanto por temor de las leyes, cuanto por inclinacion natural á la virtud: las pependencias, riñas y enemistades las guardaban para los enemigos de la patria; los ciudadanos no tenian otra contienda unos con otros que la de aventajarse en el valor. *Magnifici*, espléndidos. *Curabant*, atendian á su conservacion. De todo lo cual los testimonios que tengo son que, etc. *Vindicatum*, se castigaba. *Cedere loco*, perder su puesto. *Agitabant*, ejercian el mando. *Persequi*, vengarla.

X. *A stirpe interiit*, pereció del todo, quedaba abierto el paso por todos los mares y lugares. *Sævire*, á volverse contraria y confundirlo todo...

Supplicis, sacrificios. Esta es su primera significacion; y porque castigando á los malos se aplaca la ira de Dios, significa tambien suplicio. *Audaciâ*, varias veces toma Sallustio esta voz en buen sentido de

valor y fortaleza.

Contra imperium, sin órden pública. Así sucedió á Manlio, hijo de Torcuato, condenado á muerte por su mismo padre.

verant, iis otium, divitiæ, optandæ aliis, oneri miseriæque fuere. Igitur primò pecuniæ, dein imperii cupido crevit: ea quasi materies omnium malorum fuere: namque avaritia fidem, probitatem ceterasque artes bonas subvertit; pro his superbiam, crudelitatem, Deos negligere, omnia venalia habere edocuit, ambitio multos mortalis falsos fieri subegit; aliud clausum in pectore, aliud in linguâ promptum habere; amicitias inimicitiasque non ex re sed ex commodo æstumare, magisque vultum quàm ingenium bonum habere; hæc primò paulatim crescere, interdum vindicari. Post, ubi contagio, quasi pestilentia, invasit, civitas immutata, imperium, ex justissimo atque optimo, crudele intolerandumque factum.

XI. Sed primò, magis ambitio quàm avaritia animos hominum exercebat; quòd tamen vitium propius virtutem erat: nam gloriam, honorem, imperium, bonus et ignavus æquè sibi exoptant, sed ille verâ viâ nititur; huic quia bonæ artes desunt, dolis atque fallaciis contendit. Avaritia pecuniæ studium habet, quam nemo sapiens concupivit; ea, quasi venenis malis imbuta, corpus animumque virilem effeminat; semper infinita, insatiabilis est; neque copiâ neque inopiâ minuitur. Sed postquam L. Sulla, armis receptâ republicâ, ex bonis initiis

Otium, divitiæ, optandæ aliis, fuere oneri miseriæque iis qui toleraverant facilè, etc., la paz y opulencia, apetecibles para otros, fueron causa de que quedasen agobiados y arruinados aquellos que, etc. *Dubias*, los sucesos adversos y arriesgados. *Subvertit*, echó por tierra. *Pro his*, en lugar de estas virtudes. *Omnia venalia*, á venderlo todo. *Subegit*, obligó á muchos á ser falaces. *Aliud*, á tener una cosa en el corazon, otra en los labios. *Æstumare*, á apreciar. *Non ex re*, no por el mérito, sino por el interés. *Ingenium*, á llevar la bondad en el semblante y no en el corazon. *Contagio*, luego que este mal cundió como peste. *Vindicari* (sup. *caperunt*), y á veces se castigaban.

XI. *Exercebat*, tenia aprisionados. *Erat propius virtutem*, tenia mas parentesco ó mas semejanza con la virtud. *Bonus*, el esmerado. *Nititur*, lo procura por buenos medios...

Falsos, se toma aquí en significacion activa, aunque es participio pasivo.

Contagio, enfermedad que se pega y cunde: aquí es una noble metáfora.

Ambitio, codicia de honras y preeminencias: *avaritia*, de dinero.

Vindicari, á esto se encaminaban las leyes de ambitu e: *pecuniis repetundis*.

malos eventus habuit, rapere omnes, trahere; domum alius, alius agros cupere: neque modum, neque modestiam victores habere; fœda crudeliaque in civis facinora facere. Huc accedebat quòd L. Sulla exercitum, quem in Asià ductaverat, quò sibi fidem faceret, contra morem majorum, luxuriosè nimisque liberaliter habuerat; loca amœna, voluptaria, facilè in otio ferocis militum animos molliwerant; ibi primùm insuevit exercitus populi Romani amare, potare, signa, tabulas pictas, vasa cœlata mirari, ea privatim ac publicè rapere, delubra deorum spoliare, sacra profanaque omnia polluere. Igitur ii milites, postquam victoriam adepti sunt, nihil reliqui victis fecere. Quippe secundæ res sapientium animos fatigant: ne illi, corruptis moribus, victoriæ temperarent.

XII. Postquam divitiæ honori esse cœperunt, et eas gloria, imperium, potentia sequebatur, hebescere virtus, paupertas probro haberi, innocentia pro malevolentia duci cœpit. Igitur ex divitiis juventutem luxuria atque avaritia cum superbia invasere: rapere, consumere; sua parvi pendere, aliena cupere; pudorem, amicitiam, pudicitiam, divina atque humana promiscua, nil pensi neque moderati habere. Operæ pretium est, cum domos atque villas cognoveris in urbium modum exedificatas, visere templa deorum quæ nostri majores, religiosius-

Rapere, cometian robos y violencias. *Ductaverat*, habia comandado. *Luxuriosè*, le habia permitido vivir con lujo y demasiada libertad. *Voluptaria*, llenos de deleites habian afeminado los ánimos aguerridos de los soldados. *Amare, potare*, á entregarse á la embriaguez y lascivia, á aficionarse á esculturas, pinturas y vajilla cincelada, á robarlas al público y á los particulares. *Nihil*, despojaron de todo á los vencidos. *Fatigant*, trastornan. *Ne illi*, cuánto menos contenidos serian en la victoria aquellos hombres de costumbres estragadas.

XII. *Honori esse*, á tenerse por cosa honrosa, y á estar en poder de los ricos la gloria, el mando y el poder, comenzó á descaer la virtud, y á tenerse por deshonor la pobreza, y á confundirse la inocencia con la maldad. *Ex divitiis*, con motivo de la opulencia. *Pudorem*, no hacian aprecio del pudor, amistad y honestidad, ni distincion entre lo sagrado y profano, ni obraban con reflexion ni moderacion en nada. *Operæ pretium*, cosa es que merece reflexion ver por una parte la magnificencia de los palacios y granjas, construidas como unas ciudades, y por otra la sencillez de los templos de los dioses, que edificaban los antiguos nuestros abuelos, hombres los mas piadosos del mundo; pero aquellos adornaban los

sumi mortales, fecere; verùm illi delubra deorum pietate, domos suas gloria decorabant, neque victis quidquam præter injuriæ licentiam eripiebant; at hi contrà, ignavissimi homines, per summum scelus omnia ea sociis adimere, quæ fortissimi viri victores hostibus reliquerant: proinde quasi injuriam facere, id demum esset imperio uti.

XIII. Nam quid ea memorem quæ, nisi iis qui vidère, nemini credibilia sunt, a privatis compluribus subversos montes, maria constrata esse? Quibus mihi ludibrio videntur fuisse divitiæ; quippe, quas honestè habere licebat, abuti per turpitudinem properabant. Sed lubido stupri, ganeæ, ceterique cultus non minor incesserat: *** mulieres pudicitiam in propatulo habere; vescendi causâ terrâ marique omnia exquirere; dormire prius quàm somni cupido esset; non famem, aut sitim, neque frigus, neque lassitudinem opperiri, sed ea omnia luxu antecapere: hæc juventutem, ubi familiares opes defecerant, ad facinora incendebant; animus imbutus malis artibus, haud facilè libidinibus carebat: eò profusius omnibus modis quæstui atque sumptui deditus erat.

XIV. In tantâ tamque corruptâ civitate, Catilina, id quod factu facillimum erat, omnium flagitiosorum atque facinorosorum circùm se, tamquam stipatorum, catervas habebat. Nam quicumque impudicus, adulter, ganeo, manu, ventre ** bona

templos con su devocion, y sus casas con la gloria de sus hazañas. *Licentiam*, la libertad de injuriar. *Proinde*, como si en injuriar consistiese el señorío.

XIII. *Subversos*, allanaron montes y terraplenaron mares. *Stupri*, exceso en la lascivia, vida licenciosa y demás regalo del cuerpo. *Vescendi*, para excitar la gula. *Sed ea omnia*, sino adelantarse con una vida muelle á todas estas necesidades naturales. *Incendebant*, enardecian á cometer maldades. *Animus imbutus*, acostumbrado el ánimo á estas malas mañas, con dificultad se podia priver de sus antojos; por tanto, á rienda suelta se entregaba al robo y profusion.

XIV. Orden: *Catilina habebat circùm se catervas omnium flagitiosorum atque facinorosorum, tamquam stipatorum, id quod erat facillimum factu in civitate tantâ tamque corruptâ*, Catilina tenia al rededor de sí tropas de hombres los mas desalmados y foragidos por guardas de su persona, cosa facil de conseguir en una ciudad tan populosa y corrompida. *Impudicus*, todos los que con su lascivia, adulterios y vida libre habian malgastado sus patrimonios en el juego y comilonas...

Subversos, lo mismo que *complanatos*, solo *æquatos*.

patria laceraverat, quique alienum æs grande confliaverat, quo flagitium aut facinus redimeret; præterea, omnes undique parricidæ, sacrilegi, convicti iudicii, aut pro factis iudicium timentes; ad hoc, quos manus atque lingua, perjurio aut civili sanguine alebat, postremò omnes quos flagitium, egestas, conscius animus exagitabat, ii Catilinæ proximi familiarisque erant. Quòd si quis etiam a culpâ vacuus in amicitiam ejus inciderat, quotidiano usu atque illecebris, facilè par similibusque ceteris efficiebatur: sed maxumè adolescentium familiaritates adpetebat; eorum animi molles, et ætate fluxi, dolis haud difficulter capiebantur: nam uti cujusque studium ex ætate flagrabat, aliis scorta præbere, aliis canes atque equos mercari, postremò neque sumptui neque modestiæ suæ parcere, dum illos obnoxios fidosque sibi faceret. Scio fuisse nonnullos qui ita æstumarent, juventutem quæ domum Catilinæ frequentabat, parum honestè pudicitiam habuisse; sed ex aliis rebus, magis quàm quòd cuiquam id compertum foret, hæc fama valebat.

XV. Jam primùm adolescens Catilina multa nefanda stupra fecerat cum virgine nobili, cum sacerdote Vestæ, et alia hujuscemodi contra jus fasque: postremò, captus amore Aureliæ Orestillæ, cujus præter formam nihil unquam bonus laudavit, quòd ea nubere illi dubitabat, timens privignum adultæ ætate, pro certo creditur, necato filio, vacuam domum scelestis nuptiis fecisse. Quæ quidem res mihi in primis videtur

Quo redimeret, para librarse del castigo merecido por sus delitos. *Ad hoc*, sup. *illi*, quos, además de los dichos, aquellos que vivían de latrocinios, de calumnias, juramentos falsos, y de quitar vidas á los ciudadanos. *Animus conscius*, su mala conciencia. *Molles et*, afeminados é inconstantes por su edad. *Uti cujusque*, segun el vicio que por la edad dominaba á cada uno. *Modestiæ*, su honor. *Dum*, con tal que se los ganase y los asegurase en su lealtad. *Parum honestè*, que eran poco recatados. *Sed ex*, però esto se decia mas por otras conjeturas que porque alguno lo hubiese averiguado por sí mismo.

XV. *Stupra*, excesos muy enormes. *Contra jus fasque*, contra leyes humanas y divinas...

Ex alii rebus, los motivos eran la mala opinion de Catilina, á quien no faltaba vicio ninguno.

Jus, mira á los hombres; *fas*, á Dios, á la ley divina.

causa fuisse facinoris maturandi; namque animus impurus, diis hominibusque infestus, neque vigiliis neque quietibus sedari poterat: ita conscientia mentem excitam vexabat. Igitur colos ei exsanguis, fœdi oculi, citus modò, modò tardus incessus; prorsus in facie vultuque vecordia inerat.

XVI. Sed juventutem quam, ut suprâ diximus, illexerat, multis modis mala facinora edocebat: ex illis testes signatosque falsos commodare; fidem, fortunas, pericula vilia habere; post, ubi eorum famam atque pudorem atriverat, majora alia imperabat; si causa peccandi in præsens minùs suppetebat, nihilominus insontes, sicuti sontes, circumvenire, jugulare; scilicet, ne per otium torpescerent manus aut animus, gratuito potiùs malus atque crudelis erat. His amicis sociisque confisus Catilina, simul quòd æs alienum per omnis terras ingens erat, et quòd plerique Sullani milites, largiùs suo usi, rapinarum et victoriæ veteris memores, civile bellum exoptabant, opprimundæ reipub. consilium cepit. In Italiâ nullus exercitus; Cn. Pompeius in extremis terris bellum gerebat; ipsi consulatum petundi magna spes, senatus nihil sanè

Facinoris maturandi, de acelerar su sacrilego designio (de arruinar la república). *Neque vigiliis*, no podia sosegar ni en vela ni en sueño. *Excitam*, ánimo alterado. *Exsanguis*, pálido; sus ojos espantosos; su paso ó modo de andar, unas veces acelerado, otras tardo; en una palabra, llevaba pintada en todo su cuerpo y semblante su insensatez ó furor.

XVI. *Illexerat*, que se habia ganado. *Commodare* (sup. *solebat*), de los cuales solia sacar para su utilidad falsos testigos y falsificadores de sellos. *Vilia habere*, hacia poco aprecio de la palabra, del estado de los demás, ni de los peligros. *Atriverat*, habia arruinado. *Si causa*, aun cuando no tenia motivo particular de hacer mal. *Circumvenire*, perseguia y asesinaba. *Ne per*, para que su atrevimiento y osadía no se entorpeciese por la falta de ejercicio, por naturaleza era malo y cruel (esto es, aun cuando no pretendia recompensa ó ganancia de sus delitos). *Largiùs usi suo*, despues de haber gastado profusamente sus bienes. *Senatus*, el senado ciertamente no tenia recelo alguno...

Colos ei, noble prosopografía ó descripción de la persona de Catilina.

Illexerat, de illicio, de donde sale illecebra, atractivo, ya bueno

ya malo, aunque de ordinario se toma en mal sentido.

In extremis, entonces estaba en el Asia en la guerra contra Mitridates.

intentus; tutæ, tranquillæque res omnes; sed ea prorsus oportuna Catilinæ.

XVII. Igitur circiter Kalendas Junias, L. Cæsare et C. Figulo consulibus, primò singulos appellare, hortari alios, alios tentare, opes suas, imperatam rempublicam, magna præmia conjurationis docere. Ubi satis explorata sunt quæ voluit, in unum omnis convocat, quibus maxuma necessitudo et plurimùm audaciæ inerat. Eò convenere senatoris ordinis P. Lentulus Sura, P. Autronius, L. Cassius Longinus, C. Cethegus, P. et Serv. Sullæ, Servii filii, L. Vargunteius, Q. Annius, M. Porcius Lecca, L. Bestia, Q. Curius; præterea ex equestri ordine M. Fulvius Nobilior, L. Statilius, P. Gabinus Capito, C. Cornelius; ad hoc multi ex coloniis et municipiis, domi nobiles: erant præterea complures paulò occultius consilii hujusce participes nobiles, quos magis dominationis spes hortabatur, quàm inopia aut alia necessitudo. Ceterùm juvenus pleraque, sed maxumè nobilium, Catilinæ inceptis favebat: quibus in otio, vel magnificè vel molliter vivere copia erat; incerta pro certis, bellum quàm pacem malebant. Fuere item eà tempestate qui crederent M. Licinium Crassum non ignarum ejus consilii fuisse, quia Cneus Pompeius, invisus ipsi, magnum exercitum ductabat; cujusvis opes voluisse contra illius potentiam crescere, simul confisum, si conjuratio valisset, facilè apud illos principem se fore. Sed antea item con-

Ea, pero todo esto favorecia mucho los intentos de Catilina.

XVIII. *Tentare*, explorar. *Domì*, en su patria. *Paulò occultius*, pero no tan manifiestos. *Quibus* (sup. *illi*), aquellos que podian vivir con sosiego, con esplendidez y regalo. *Cujusvis* (sup. *credébant*), se persuadia deseaba Craso que las fuerzas de cualquiera se aumentasen para desbancar á Pompeyo, confiando al mismo tiempo que si llegaba á prevalecer, etc...

Necessitudo, aquí es lo mismo que *necessitas*, pero poco usado.

Coloniis, colonias eran los pueblos adonde enviaban los Romanos ciudadanos que los habitasen, ó que tenían derechos de colonias. Municipios, cuyos ciudadanos tenían sus leyes y gozaban el derecho de ciuda-

danos romanos.

Spes dominationis, algunos creen que estos eran César, Antonio, Craso y otros.

Sed antea, hace Salustio una pequeña digresion para contar otra conjuracion semejante.

juravere pauci, in quibus Catilina: de quo quàm verissumè potero dicam.

XVIII. L. Tullo, M. Lepido coss., P. Autronius et P. Sulla designati consules, legibus ambitùs interrogati pœnas dedérant: post paulò Catilina, pecuniarum repetundarum reus, prohibitus erat petere consulatum, quòd intra legitimos dies profiteri nequiverit. Erat eodem tempore Cn. Piso, adolescens nobilis, summæ audaciæ, egens, factiosus: quem ad perturbandam rempublicam inopia atque mali mores stimulabant. Cum hoc Catilina et Autronius, circiter nonas Decemb. consilio communicato, parabant in Capitolio kalendis Januar. L. Cottam et L. Torquatam coss. interficere; ipsi, fascibus correptis, Pisonem cum exercitu ad obtinendas duas Hispanias mittere: eà re cognitâ, rursus in nonas Februar. consilium cædis transtulerunt: jam tum non consulibus modò, sed plebisque senatoribus perniciem machinabantur: quòd ni Catilina maturasset pro curiâ signum sociis dare, eo die post conditam urbem Romam pessimum facinus patratum foret; quia nondum frequentes armati convenerant, ea res consilium diremit.

XIX. Postea Piso in citeriorem Hispaniam quæstor pro prætore missus est, adnitente Crasso; quòd eum infestum Cn.

Quàm verissumè, con la mayor puntualidad.

XVIII. *Interrogati*, requeridos en juicio por haber quebrantado las leyes establecidas contra el soborno. *Pecuniarum*, convencido de estafas. *Legitimos*, dentro del término que la ley mandaba. *Proferi*, dar sus descargos. *Factiosus*, sedicioso. *Maturasset*, y si no se hubiera adelantado. *Pro*, delante. *Patratum*, se hubiera aquel dia cometido la mas horrible maldad que se vió jamás desde la fundacion de Roma: el no haber concurrido bastante gente armada malogró la empresa.

XIX. *Adnitente*, por los esfuerzos de Craso.

Ambitùs, por la ley Calpurnia los convencidos de soborno eran degradados de la dignidad senatoria y multados en dinero.

Repetundarum, se le acusaba á Catilina de que cuando estuvo de propretor en Africa habia estafado la provincia; y estando aun su causa

en pié por no haberse sincerado en el término que daba la ley, no podia ponerse su nombre en la lista de los candidatos para el consulado.

Curia, el lugar donde se juntaba el senado, que no era siempre uno mismo.

Pompeio cognoverat : neque tamen senatus provinciam invitum dederat ; quippe fœdum hominem a republ. procul abesse volebat ; simul quia boni complures præsidium in eo putabant, et jam tum potentia Cn. Pompeii formidolosa erat. Sed is Piso in provinciam, ab equitibus hispanis quos in exercitu ductabat, iter faciens occisus est. Sunt qui ita dicant, imperia ejus injusta, superba, crudelia, barbaros nequivisse pati : alii autem equites illos, Cn. Pompeii veteres fidosque clientes, voluntate ejus Pisonem adgressos : nunquam Hispanos præterea tale facinus fecisse, sed imperia sæva multa antea perpessos : nos eam rem in medio relinquemus. De superiori conjuratione satis dictum.

XX. Catilina, ubi eos quos paulò antè memoravi convenisse videt, tametsi cum singulis multa sæpe egerat, tamen in rem fore credens universos appellare et cohortari, in abditam partem ædium secessit ; atque ibi, omnibus arbitris procul amotis, orationem hujusmodi habuit.

« Ni virtus fidesque vestra satis spectata mihi foret, nequidquam opportuna res cecidisset : spes magna dominationis in manibus frustra fuisset : neque per ignaviam aut vana ingenia incerta pro certis captarem ; sed quia multis et magnis tempestatibus vos cognovi fortes fidosque mihi, eò animus ausus est maximum atque pulcherrimum facinus incipere, simul quia vobis eadem quæ mihi bona malaque esse intellexi :

Senatus invitus, y el senado no se hizo de rogar para darle el gobierno. *Fœdum*, vil, infame. *In eo*, que en este consistia la defensa de la república (esto es, en Pompeyo). *Imperia* (plural por singular), su procedimiento injusto, inhumano y tiránico en el mandar. *Nos eam*, pero yo no me inclino á uno ni á otro. *Superiori*, primera.

XX. *In rem*, que convendría. *Omnibus*, quedando solos los conjurados. *Spectata*, si yo no tuviera bien conocido vuestro valor y lealtad, en vano se nos hubiera presentado una ocasion tan favorable ; en valde tendríamos en nuestras manos la esperanza del mando ; ni yo, valiéndome de hombres cobardes ó inconstantes, tomaria lo incierto por lo seguro. *Tempestatibus*, peligros. *Animus ausus*, me he atrevido á emprender la accion mas heróica y gloriosa...

Ausus, un arrojé para los malos es una hazaña grande y honrosa.

nam idem velle atque idem nolle, ea demum firma amicitia est. Sed ego quæ mente agitavi, omnes jam antea diversi audistis. Ceterum mihi in dies magis animus accenditur, cum considero quæ conditio vitæ futura sit, nisi nosmetipsos vindicamus in libertatem : nam postquam resp. in paucorum potentium jus atque ditionem concessit, semper illis reges, tetrarchæ, vectigales esse ; populi, nationes, stipendia pendere ; ceteri omnes, strenui, boni, nobiles atque ignobiles, vulgus fuimus, sine gratiâ, sine auctoritate, his obnoxii quibus, si resp. valeret, formidini essemus ; itaque omnis gratia, potentia, honos, divitiæ apud illos sunt, aut ubi illi volunt ; nobis reliquerunt pericula, repulsas, judicia, egestatem : quæ quousque tandem patiimini, fortissimi viri ? Nonne emori per virtutem præstat, quàm vitam miseram atque inhonestam, ubi alienæ superbæ ludibrio fueritis, per dedecus amittere ? Verum enimvero, proh Deum atque hominum fidem ! victoria in manu nobis est : viget ætas, animus valet : contra illis, annis atque divitiis omnia consenuerunt : tantummodo incepto opus est ; cetera res expedit : etenim quis mortalium, cui virile ingenium est, tolerare potest, illis divitias superare quas profundant in exstruendo mari, et montibus cœquandis, nobis rem familiarem etiam ad necessaria deesse ? Illos binas aut amplius domos continuare, nobis larem familiarem nusquam ullum esse ? cum tabulas, signa, toreu-

Agitavi, lo que tengo trazado. *Diversi*, separados. *Nisi*, si no nos ponemos en libertad. *Concessit*, cayó en manos y en el poder de, etc. *Pendere*, les pagaron tributos. *Vulgus fuimus* (sup. *illis*), nos tuvieren por populacho, por las heces del pueblo, sin valimiento. *Obnoxii*, sujetos á los mismos que nos temerian si la república conservase sus fueros. *Judicia*, procesos. *Præstat*, ¿ no vale mas morir valerosamente que perder con afrenta una vida infeliz y deshonrada, despues de haber servido de juguete á la arrogancia de los demás ? *Verum enim*, pero en realidad de verdad os juro por los dioses y los hombres, la victoria la tenemos en la mano. *Cetera*, lo demás los sucesos lo allanarán. *Quis mortalium*, ¿ qué hombre que se precia de serlo puede sufrir que ellos tengan riquezas de sobra. *Larem familiarem*, y que nosotros no tengamos ni aun una pobre choza?...

mata emunt, nova diruunt, alia ædificant; postremò omnibus modis pecuniam trahunt, vexant; tamen summâ lubidine divitias suas vincere nequeunt: at nobis est domi inopia, foris æs alienum; mala res, spes multò asperior: denique quid reliqui habemus præter miseram animam? Quin igitur expergiscimini? En illa, illa, quam sæpe optatis, libertas; præterea divitiæ, decus, gloria in oculis sita sunt: fortuna ea omnia victoribus præmia posuit: res, tempus, pericula, egestas, belli spolia magnifica, magis quàm oratio mea vos hortentur: vel imperatore vel milite me utemini: neque animus neque corpus a vobis aberit: hæc ipsa, ut spero, vobiscum unâ consul agam: nisi fortè me animus fallit, et vos servirè magis quàm imperare parati estis.»

XXI. Postquam accepere ea homines quibus mala abundè omnia erant, sed neque res neque spes bona ulla, tametsi illis quietâ movere magna merces videbatur, tamen postulare plerique, uti proponeret, quæ conditio belli foret; quæ armis præmia peterent: quid ubique opis aut spei haberent. Tum Catilina polliceri tabulas novas, proscriptionem locupletium, magistratus, sacerdotia, rapinas, alia omnia quæ bellum atque

Toreumata, obras de relieve, plata cincelada. *Trahunt*, desperdician y malrotan. *Vincere*, agotar sus caudales con sus excesivas profusiones. *Mala res*, males al presente y peores esperanzas para lo venidero. *Sita sunt*, las teneis á la vista. *Res*, el caso en que nos hallamos, la ocasion, etc., sean mas eficaces que mis palabras para exhortaros; valeos de mí, etc. *Neque*, ni os faltarè con el consejo ni con mi persona.

XXI. *Neque res*, ni tenian que perder ni esperanza de mejor fortuna, aunque les parecia sacar grande ganancia de alterar la tranquilidad de la ciudad. *Quid ubique*, qué ventajas y esperanza se podian prometer...

Vexant, Daniel Crispino quiere que se refiera á *pecunias*, fundado sin duda en que *vexo*, como frequentativo de *veho*, significa llevar de una parte á otra; y así diríamos: giran con el dinero. Otros suplen *pouperes*, maltratan á los pobres. Esto es mas ajeno de sentido.

Animam, vida. Metonimia. *Expergiscimini*, porqué no des-

pertaís (metáfora). Los supone como dormidos para no conocer los males que sufrían.

Tabulas novas, nuevos decretos (para no pagar las deudas que tenían). Habia unas tablas públicas, donde no solo se sentaban las facultades de cada uno, sino tambien lo que debia y le debían. Cuando la plebe estaba tan adeudada que no

lubido victorum fert: præterea esse in Hispaniâ citeriore Pisonem, in Mauritaniâ cum exercitu P. Sittium Nucerinum, consilii sui participes: petere consulatum C. Antonium, quem sibi collegam fore sperabat, hominem et familiarem, et omnibus necessitudinibus circumventum: cum eo consulem se initium agendi facturum. Ad hoc maledictis increpabat omnis bonos: suorum unumquemque nominans laudare; admonere alium egestatis, alium cupiditatis suæ, complures periculi aut ignominia, multos victoria Sullanæ, quibus ea prædæ fuerat. Postquam omnium animos alacris videt, cohortatus ut petitionem suam curæ haberent, conventum dimisit.

XXII. Fuere eâ tempestate qui dicerent, Catilinam, oratione habitâ, cum ad jusjurandum populares sceleris sui adigeret, humani corporis sanguinem vino permixtum in pateris circumtulisse; inde, cum post execrationem omnes degustavissent, sicuti in solemnibus sacris fieri consuevit, aperuisse consilium suum; atque eò dictitare fecisse, quò inter se magis fidi forent, alius alii tanti facinoris conscii: nonnulli ficta et hæc et multa præterea existumabant ab iis qui Ciceronis invidiam, quæ postea orta est, leniri credebant atrocitate sceleris eorum qui pœnas dederant: nobis ea res pro magnitudine parum comperta est.

Circumventum, oprimido de todo linaje de miserias. *Ad hoc*, prorumpió tambien contra todos los buenos en todo género de injurias. *Admonere*, traerles á la memoria. *Quibus*, á quienes habia servido para sus robos. *Alacris*, dispuestos.

XXII. *Populares*, fautores. *Circumtulisse*, que pasó vasos de vino mezclado con sangre humana. *Post*, despues del juramento. *Atque dictitare*, les decia haberlo hecho, para que sabiendo cada cual la maldad de su compañero fuesen mas fieles entre sí. *Qui Ciceronis*, que creían se apaciguaba ó disminuía el aborrecimiento que despues se originó contra Ciceron. *Pro magnitudine*, segun su enormidad.

podia ya pagar, se publicaba una ley que perdonaba el todo ó parte de la deuda, y esta abrogacion de las deudas llamaban *tabulas novas*, porque abrogadas las antiguas habia que formar otras.

Proscriptionem, proscriptos se llamaban aquellos cuyos nombres se ponian en público para que cualquiera les pudiese quitar la vida: se saqueaban sus bienes ó vendian á vil precio.

XXIII. Sed in eâ conjuratione fuit Q. Curius, natus haud obscuro loco, flagitiis atque facinoribus coopertus, quem censores senatu probri gratiâ moverant: huic homini non minor vanitas inerat quàm audacia: neque reticere quæ audierat, neque suamet ipse scelere occultare; prorsus neque dicere neque facere quidquam pensi habebat. Erat ei cum Fulviâ, muliere nobili, stupri vetus consuetudo: cui cum minùs gratus esset, quòd inopiâ minùs largiri poterat, repenti gloriâ, maria montisque polliceri cœpit, minari interdum ferro, ni sibi obnoxia foret: postremò ferociùs agitare quàm solitus erat. At Fulvia, insolentiâ Curii causâ cognitâ, tale periculum erat. At Fulvia, insolentiâ Curii causâ cognitâ, tale periculum erat. At Fulvia, insolentiâ Curii causâ cognitâ, tale periculum erat. At Fulvia, insolentiâ Curii causâ cognitâ, tale periculum erat.

XXIV. Igitur, comitiis habitis, consules declarantur M. Tullius et C. Antonius; quod factum primò populares conjurationis concusserat: neque tamen Catilinæ furor minuebatur, sed in dies plura agitare, arma per Italiam locis opportunis parare; pecuniam suâ aut amicorum fide sumptam mutuat,

XXIII. *Quem censores*, á quien los censores con ignominia habian degradado de la dignidad senatoria. *Huic homini*, este hombre era no menos vano que arrojado; ni callaba lo que sabia, ni ocultaba sus propios delitos; finalmente, ni tenia reparo en cometer cualquiera maldad ni en publicarla. *Glorians repenti*, hecho fanfarron de repente. *Agitare*, á tratarla con mas aspereza de lo que antes solia. *Insolentiâ*, de su desacostumbrado desden. *Auctore sublato*, sin nombrar por quién lo habia sabido. *Invidiâ (in Ciceronem)*, se abrasaban en odio contra Ciceron, creyendo que se manchaba la dignidad consular en cierto modo. *Novus*, noble de cuatro dias. *Postfuere*, pospusieron su aborrecimiento y soberbia.

XXIV. *Concusserat*, sobrecogió. *Fide*, en nombre...

Maria montisque, adagio latino, que corresponde al castellano prometer el oro y el Moro, esto es, hacer grandes promesas.

Novus, llamaban los Romanos hombres nuevos á aquellos cuyos mayores no habian obtenido ninguna magistratura.

Fæsulas ad Manlium quemdam portare, qui postea princeps fuit belli faciundi. Eâ tempestate plurimos ejusque generis homines adscivisse sibi dicitur; mulieres etiam aliquot, quæ primò ingentis sumptus stupro corporis toleraverant; post, ubi ætas tantummodo quæstui, neque luxuriæ modum fecerat, æs alienum grande conflaverant: per eas se Catilina credebatur posse servitia urbana sollicitare, urbem incendere, viros earum vel adjungere sibi vel interficere.

XXV. Sed in his erat Sempronia, quæ multa sæpe virilis audaciæ facinora commiserat: hæc mulier genere atque formâ, præterea viro atque liberis satis fortunata fuit: litteris græcis et latinis docta, psallere et saltare elegantius quàm necesse est probæ; multa alia, quæ instrumenta luxuriæ sunt. Sed ei cariora semper omnia, quàm decus atque pudicitia fuit; pecuniæ an famæ minùs parceret, haud facile discerneres, lubricinè sic accensa, ut sæpius peteret viros, quàm peteretur. Sed ea sæpe antehac fidem prodiderat, creditum abjuraverat, cædis conscia fuerat, luxuriâ atque inopiâ præceps abierat: verum ingenium ejus haud absurdum posse versus facere; jocum movere; sermone uti vel modesto, vel molli, vel proci; prorsus multæ facetiæ multusque lepos inerat.

Toleraverant, que al principio habian sufrido crecidos gastos. *Modum*, puso término á sus ganancias. *Conflaverant*, habian contraido deudas excesivas. *Servitia*, sublevar á los esclavos de Roma.

XXV. *Quæ multa*, que habia cometido muchos arrojados varoniles. *Psallere*, cantaba y bailaba con mas destreza de lo que requiere la modestia de una mujer. *Cariora*, nada estimaba menos que, etc. *Haud*, con dificultad se podria discernir si era mas pródigo del dinero que de su estimacion. *Fidem*, habia faltado á su palabra y negado con juramento lo que se le habia confiado; habia tenido parte en homicidios; y su lujuria y pobreza la habian precipitado en mil maldades; pero de un ingenio tan bueno, que sabia componer en verso, excitar la risa (ó, como quieren otros, dar vaya), y usar de lenguaje, unas veces honesto, otras halagüeño y provocativo; finalmente, tenia singular gracia y donaire en el hablar.

Ingenium, Sallustio nos da á entender que el talento de Sempronia á todo se acomodaba, á lo serio y á

lo burlesco, á aparentar virtud y á la desenvoltura.